

✠ D. DIONYSII
CARTHUSIANI IN EVAN-
gelium Matthæi enarratio præclara admo-
dum, ex altera eaq̃ diligentissima ad ar-
chetypum recognitione, repurgatis mendis
quibus scatebat pluribus, quàm diligen-
tissimè excusa, cui index cõtentorum præ-
fertur.



P A R I S I I S,

✠ Apud Audoënum Paruum, via Jacobęz,
sub insigni Floris Lilij.

1 5 5 5.



SERENISSIMO ATQVE INVICTISSIMO Anglorum regi Henrico, eius nominis octavo, Theodoricus Loer à Stratis, præclara Carthusiensium domus in Colonia Agrippina humilis vicarius

S. P. D.



Maximopere me duxi facturum, serenissime Rex Henrice, atq; Christi athleta invictissime, si lucidissimas ac plane divinas in quatuor Evāgelistas Dionysij nostri enarrationes, regię tuę celsitudini, periculosis hisce temporibus, cum omni qua decet reverentia acque honore dedicarem. Sic enim placuit (nec id quidem indecenter) venerabili ac religioso patri D. Petro Bloemennæ Leidenſi, dignissimo Carthusianæ nostræ domus S. Barbaræ in Colonia priori, ac principali pvinciæ Rhēni visitatori, cæterisque cōfratribus nostris, tum Regiæ tuę maiestati, tum reliquis omnibus catholicę fidei principibus, in Christo deditissimis. Et quid mirū? Scriptis enim tuis, in quibus de sacramentis agitur, dilatasti gloriā populo tuo, & ante annos aliquot induisti te lorica doctrinæ catholicę sicut gigas. succinxisti quoque & lūbos tuos arma scripturæ bellicę in disputationum prælijs contra hæreticos, & protexisti servatoris nostri castra gladio eruditionis tuę. Similis insuper leoni factus es Evangelico, & sicut mysticus leonis catulus è cælo in terram missus in venatione perfidorum. Persequutus enim es iniquos in regno tuo, eosq; persecutās, qui populum tuum fidelem condemnatis quibusdā heresibus nequiter cōturbabant. Tuę igitur regię celsitudini tam præclaras Dionysij nostri enarrationes nō immerito nuncupamus, vel ex eo etiā argumento, qđ dignæ sint, ppter quas vadimonium qđ rectissime relinquatur. Præterea si Sanctus Vvillefridus episcopus istic Eborac-

mat 1. 1
D. Dionysij Carthu-
SIANI IN EVANGELIVM

SECUNDVM MATTHAEVM

ENARRATIO.

Expositio primi capituli, *Liber generationis Iesu Christi.*

ARTICVLVS PRIMVS.



LIBER generationis Iesu Christi filij David, filij Abraham. Sicut in prologo protestatur Hieronymus, Matthæus ante cæteros Hieronymus. Euangelistas suum conscripsit Euangelium in Iudæa. Scripsit autem Iudæis conuersis stylo Hebræo. Chrysoſtomus verò Chrysoſt. refert, quòd facta magna persecutione fidelium in Palæstina,

fratres dispersi precabatur Matthæum, vt eis verborum & operum Christi veritatem describeret, quatenus librù Euangelicæ legis ad manum haberent, secumq; deferrerent quocumq; venirent. Hæc autem simul stare possunt. Quâuis enim in Iudæa scripserit, potuit tamen plebs Christiana in Palæstina existens, esse occasio huius scripturæ: præsertim cum plurimi Iudæorum in Palæstina morati conuersiq; fuerint. Porro intentio Matthæi fuit, ostendere Christum veraciter incarnatum, atq; ex semine David progenitum: quoniã infideles Iudæi ex hoc arguebãt Iesum Nazarenum non esse Messiam seu Christum, eo qd à Nazareth vrbæ Galilææ fuerat oriundus: scriptura verò prædixit Christum de Bethleem Iudæ & semine David venturum. Hinc enim principes Iudæorum loquuti sunt Nicodemo, Nunquid à Galilæa venit Christus? Nonne scriptura dicit, quia ex semine David, & de Bethleem castello, vbi erat David, venit Christus? Declarans ergo Matthæus Iesum esse filiù David, sic orsus est: *Liber generationis Iesu Christi, id est, liber præsens à generatione Christi intitulatur.* Solent enim Hebræi libros denominare ab eo de quo in exordio prætractatur. Quæadmodum primus liber Moſi dicitur Genesis, quia de mundi crea-

Post modicum tēporis resumpta fiducia, sciscitati sunt do-
 minū. Secundō, q̄ aliqui tacuerunt, & alij interrogave-
 runt. Tertiō, q̄ tacuerūt de sua ambitiosa disputatione,
 sed loquuti sunt de vtili quæstione. *Et aduocans Iesus par-
 uulum, statuit. i. collocavit, Eum in medio corp̄, videlicet di-
 scipulorum, Et dicit, humilis magister, nō solū verbis, sed
 & factis humilitatē commendans, ambitionem funditus
 eradicauit. Amen dico vobis, nisi cōuersi fueritis. i. corde sa-
 lubriter immutati, videlicet à cōtentione, elatione, & o-
 mni ambitione, ad pacem, humilitatē, obedientiā, Et ef-
 ficiamini sicut paruuli. i. paruulis assimilati fueritis, quan-
 tum ad bonas proprietates eorum, amplectendo innocen-
 tiā, puritatē, & humilitatē eorum quos constat de præla-
 tione nō occupari, nec inuicē inuidere, Non intrabitis in
 regnū cælorū, quod humilibus atq; pacificis est paratum.
 Hoc in p̄sona apostolorū oībus dicitur Christianis: sed
 qm̄ nemo excluditur à regno cælorum, nisi pro peccato
 mortali, videntur apostoli peccasse mortaliter: quibus
 nunc dicitur, Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut
 paruuli, &c. Si autē dicantur nō peccasse mortaliter in p̄-
 dictis, tūc illud quod dicitur (Nisi cōuersi fueritis) in-
 telligendū erit cōditionaliter, vt sit sensus, Nisi cōuersi
 fueritis. i. si magni fueritis in oculis pprijs, elati & ambi-
 tiosi, nō poteritis saluari, nisi cōuersi fueritis modo p̄fa-
 to. Vnde per Hierē. dicit, Nolite eleuari, sed date gloriā
 dño deo. Et apostolus Petrus, Deponētes (inquit) omnē
 malitiā, & dolum, & simulationē, & detractionē, quasi
 modo geniti infantes lac cōcupiscite. Deniq; in paruu-
 lo cōsiderari possunt minoratio sensus, & indisciplina-
 tio morū, & sic non debemus fieri sicut paruuli: iuxta il-
 lud apost. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruu-
 li estote. Veruntñ nomē paruuli in scripturis interdū in
 malo accipit, vt cū Salomō ait, Auersio paruulorū inter-
 ficiet eos. Et Iob, Paruulū (ait) occidit inuidia. ¶ Quidā
 p̄ paruulū istū quē Iesus statuit inter discipulos, intelli-
 gūt ipsummet Christum. Sed hoc ad literā stare nō po-
 test, cum de paruulo isto scriptū sit apud Marcū, Quem
 cū amplexus esset Iesus. Certum autē est, q̄ non ample-
 xabatur seipsum. *Quicumque ergo humilitauerit se corā deo
 & hominibus Sicut paruulus iste. i. omnem motū superbię
 prorsus abiecerit, & tā alienus fuerit ab elatione vt puer,**

mat 9 fo 10
 De paruu
 et mat 10
 luce 9/10

vide infra
 paruuli con
 nas 10

¶

By infra d
 humilitate

hierē 13c
 1 petri 2^a

¶ paruulus

ad cor. i q̄c
 p̄toverb 1 d
 job 5 a

mat 9 fo 10 a
 melius ibi
 luce 9 fo 10

nat

Cap. 18. D. DIONYSII CARTHUSIANI

D bus, videlicet die & nocte, quandiu in hoc mundo versa-
mini tanquam vltorēs & peregrini ac exules, *Vsq̄ue ad*
consummationem, hoc est, finem, *Seculi* inclusive. ¶ Sic au-
tem est Christus cum ecclesia: Primò, per gratiam inha-
bitando corda fidelium. Secundò, per sacramentalem præ-
sentiam. Tertiò, per cõtinuam providentiam, protectio-
nem, atq; multiplicem efficientiam suæ potestatis ac pie-
tatis in nos, Hinc enim testatur, Ego sto ad ostium, & pul-
so. Et, vbi fuerint duo vel tres cõgregati in nomine meo,
ibi sum in medio eorum. Nunquam ergo deficiet fides in
roto, sed vsque in finem seculi perseuerabit in aliquibus
Christiana religio. ¶ Postremò, tam ineffabiliter, dignã-
ter, & intime adest nobis Christ⁹, vt multo ampli⁹ quàm
Moyfes seu populus olim Iudaicus dicere valemus, Non
est alia natio tam grãdis, quæ habeat deos appropin-
quantes sibi, sicut adest nobis dominus deus noster, vni-
genitus filius dei, qui cum patre & spiritu sancto vivit &
regnat per secula infinita, super omnia deus sublimis, &
benedictus. Amen.

DIVI DIONYSII CARTHUSIANI

in Euangelium Matthæi Enarrationum

FINIS.

PARISIIS,

Excudebat Mauricius Menier, IIII.

Calend. Maij, M. D. LIIII.



Apo. 3.
Mat. 18.

Dent. 4.
E